



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

25. An quo die incipiat currere tempus dilationum. Ex p. 7. tr. 8. res. 25.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

De Cessione Bonorum, &c. Ref. XXV. &c. 287

referu. commissi. 4. c. 1. n. 21. Natta conf. 591. n. 2. 3. 4. 16. 17. qui declarat quando tempus dicitur modicum, & quando extendatur ad quinquennium, vel ad decennium, sed quod hoc totum relinquatur iudicis arbitrio determinat Lancelot. d. n. 3. qui dicit n. 4. si excedatur modicum tempus, dilationis concessionem non valere. Gloss. in d. 1. quoties, vbi Salic. Castr. in fin. Marches. d. n. 21. Vide etiam Mollerum lib. 4. semestr. c. 6. n. 6. Anton. Heringum de fideiuss. c. 5. n. 136. Ant. Fabrum in C. lib. 1. tit. 9. defn. 17. & Maximil. Faust. de arario, class. 16. conf. 1268.

RESOL. XXV.

A quo die incipiat currere tempus dilationum? Ex p. 7. tr. 8. Ref. 27.

§. 1. **R**espondeo quod Induciae moratoriae à Principe concessae incipiunt currere à die quo fuerunt datae, non à die quo fuerunt infirmatae creditoribus, Guido Papa dec. 109. Brunus de cess. bonor. 26. n. 6. Carolus de Grassis except. 32. n. 48 per cap. eam refer. c. de litas. de proband. Nisi Princeps in rescripto aliud tempus expresserit: vel nisi inter debitorem & creditorem de certo die soluendi conuenerit, & is dies tempore dati rescripti notitiam venerit, tunc enim incipit dilatio concessa à die, quo solui debuit, vt si debitor esset obligatus soluere in vltimo die Iunij, & antequam is dies venisset, impetrat dilationem trium mensium, non tenetur soluere, nisi primo Octobris, Petrus de Belpert. Oldradus, Cynus, Albertus, Baldus, Angelus, Salicetus, & Alexander in l. fin. C. de repud. hered. Tiraq. in tract. conuen. §. 2. gloss. unie. n. 23. Anna sing. 227. Carolus de Grassis except. 32. n. 34. Vide etiam Antonium Fabrum in Cod. lib. 1. tit. 9. defn. 2. n. 3. & Hunnium in Encyclop. iur. p. 2. tit. 28. c. 4. n. 10.

RESOL. XXVI.

An Principes debeant concedere dilationes moratorias debitoribus ex delicto? Et explanatur, quibus debitoribus in prauidicium creditorum haec inducia concedi possint. Ex part. 7. tract. 8. Ref. 26.

§. 1. **R**espondeo quod quando debitum non ex contractu, sed ex delicto descendit, moratoria dilatio à Principe concedi non debet, siquidem tunc non habentes in aere, luere debent in corpore, & tales nulla sunt commiseratione digni, Iacobus Menochius de arbit. quest. casu 203. num. 16. & seq. Matthaeus Brunus de cess. bonor. quest. princ. 26. Ant. Faber in C. lib. 1. tit. 9. defn. 20. Nicolaus Boërius dec. 349. nu. 8. Carolus de Grassis d. except. 32. n. 228. & seq. Nicolaus de Passeribus de priuata scriptura lib. 3. q. 5. n. 54. & seq. 2. Et ideo haec induciae non quibusvis debitoribus in prauidicium creditorum concedi possunt, vel debent, sed illis solum qui aduersa fortuna, absque suo dolo & culpa ad inopiam redacti sunt. Non autem deceptoribus, qui culpa sua eiusmodi calamitatem & inopiam procurarunt: Hi enim furibus comparandi, eorumdemque loco habendi sunt. dict. ordina. politic. tit. 23. Benenutus Stracha de deceptoribus p. 6. n. 2. Nicolaus Boërius dec. 349. n. 10. Ant. Tessaurus dec. 186. n. 1. Matthaeus Brunus de cess. bonor. quest. princ. 26. n. 2. & 4. Floridus Maufonius de caus. execut. lib. 1. limitat. 6. num. 65. Stephanus Gratianus discept. forens. tom. 2. e. 38. n. 12. & 13.

RESOL. XXVII.

An Principes debeant concedere inducias debitoribus ex contractu?

Et an hoc etiam procedat si pecunia numerata esset deposita?

Et an Clericus debitor ratione depositi gaudet hoc beneficio cap. Odoardus?

Idem dicendum est de debito ex contractu locationis, seu conductionis descendente. Ex part. 1. tr. 8. Ref. 27.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue demptis aliquibus casibus, & ideo contra debitum ex contractu depositi descendens, dilatio quinquennalis à Principe concedi non debet, quoniam hoc natura depositi non patitur, siquidem res deposita, sine omni mora, & dilatione, remotis & exclusis omnibus exceptionibus, restitui debet deponenti, l. 1. C. de positi. Nicolaus Boërius dec. 396. n. 4. Ant. Faber d. tit. 9. defn. 20. Atifminus Tepatus in epitom. dec. tit. 5. 1. de induc. & prorogat. lit. c. 4. Ioannes Petrus Surdus dec. 323. n. 7. Nicolaus de Passeribus de priuata scriptura lib. 3. q. 5. n. 71. Vincentius Carocius d. except. 168. n. 33. Vincentius de Franchis dec. 21. p. 101. Vbi ait, hoc procedere etiam pecunia numerata esset deposita.

2. Hinc sequitur Clericus debitorem ratione depositi, non gaudere beneficio, capitis Odoardus de solut. Ita Carolus de Grassis de effect. Cleric. effect. 7. n. 58. & Squillante de priuileg. Cleric. c. 10. dub. 3. n. 42.

Idem dicendum esse puto de debito ex contractu locationis seu conductionis descendente, Alexandr. Trentacinquius d. resol. n. 15. Iacobus Menochius d. casu 203. n. 18. Nicolaus de Passeribus d. q. n. 61. Carolus de Grassis d. except. 32. n. 25.

RESOL. XXVIII.

De aliis casibus, in quibus Princeps non debet concedere dilationes? Ex p. 7. tract. 8. Ref. 28.

§. 1. **P**rimo contra debitum pupillare non sunt à Principibus concedendae induciae. Ita Heringus de fideiuss. c. 5. n. 124. Floridus Maufonius de causis executiuis lib. 1. limit. 6. n. 59. & alij. Secundò non concedi debent dilationes contra debitum alimentorum. Ita Nicolaus de Passeribus de priuata scriptura lib. 3. q. 5. n. 642. M. A. Cuchus de Morat. prescript. n. 90. Grassus except. 32. n. 28. Tertio, Dilationes non conceduntur contra debitum opificum, mercenariorum & famulorum, quo scilicet debitor ipse pro labore obligatus est. Ita Daniel Mörellus lib. 4. Semestr. c. 6. n. 2. Ant. Faber in C. lib. 1. tit. 9. defn. 20. & alij. Quarto nec ob debitum Ecclesiasticum Princeps saecularis debitori Ecclesiae dilationes quinquennales indulgere potest, quoniam in prauidicium Ecclesiae nihil ordinare, constituere, vel disponere potest. Floridus Maufonius d. limit. 6. n. 5. Vincent. Carocius d. except. 168. n. 35. Ant. Faber d. tit. 9. defn. 20. Iacob. Menochius d. casu 203. n. 20. & seq. quibus etiam adde Maximilianum Faustum de Arario, class. 16. conf. 1268. & Thomam Maulium tract. de cessione bonorum tit. 6. n. 17. qui citat etiam Rebuffum & Rodeanum, quia Principes saeculares non possunt circa res Ecclesiasticas aliquid statuere, nec de iis disponere. Quintò contra debitum fiscale nihil valet dilatio quinquennalis. Marcus Ant. Peregrinus de iure fisci lib. 6. tit. 7. n. 22. & seq. Nicol. de Passeribus de priu. script. li. 3. q. 5. n. 48. & seq. Ant. Hering. de fideiuss. c. 5. n. 124. Vincent. Caroc. de remed. contra prauidicial. sent. except. 168. n. 13. Florid. Maufonius d. limit. 6. n. 46. & ampliat. S. n. 20.